

sed occasione et arte ducis rati, nihil ex adrogantia remittere, quo minus iuventutem armarent, coniuges ac liberos in loca tuta transferrent, coetibus et sacrificiis conspirationem civitatum sancirent. atque ita inritatis utrimque animis
5 discessum.

Eadem aestate cohors Usiporum per Germanias con- 28
scripta et in Britanniam transmissa magnum ac memora-
bile facinus ausa est. occiso centurione ac militibus, qui 2
ad tradendam disciplinam inmixti manipulis exemplum et
10 rectores habebantur, tris liburnicas adactis per vim gubernatoribus ascendere; et uno tremigante, suspectis duobus
eoque interfectis, nondum vulgato rumore ut miraculum praevehebantur. mox ad aquam atque utilia raptum *ubi* 3
adpulissent, cum plerisque Britannorum sua defensantium
15 proelio congressi ac saepe victores, aliquando pulsus, eo ad extremum inopiae venire, ut infirmissimos suorum, mox sorte ductos vescerentur. atque ita circumvecti Britanniam, 4
amissis per inscitiam regendi navibus, pro praedonibus habiti, primum a Suebis, mox a Frisiis intercepti sunt. ac fuere 5
20 quos per commercia venundatos et in nostram usque ripam mutatione ementium adductos indicium tanti casus. illustravit.

Initio aestatis Agricola domestico vulnere ictus, anno 29
ante natum filium amisit. quem casum neque ut plerique